UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XIII. Päpstliche Vollmacht für den Bischof Christian von Preußen in Ansehung der beabsichtigten Heirath zwischen einer Tochter des Markgrafen Albrecht von Brandenburg und dem Herzoge Otto von ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56055

Visual Library

XII. Markgraf Albrecht von Brandenburg vereignet dem Kloſter Hillersleben auf Antrag des Johann von Jericho eine Getreidebebung, Woſzop genannt, in den Dörfern Crucitthe und Wolchwi, im Jahre 1217.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Albertus ſecundus, dei gracia marchio Brandeburgenſis. Quoniam quecunque geruntur ſuperveniente dierum longitudine ab humana labi ſolent memoria, neceſſe eſt, ut ea, de quorum oblivione oriri poſſit confuſio, literis eternentur. Sciant itaque preſentes et noſcant poſteri, quod nos ad inſtanciam fidelis noſtri, johannis de jhericho, annonam, que in vulgari woſzop dicitur, quam idem johannes in duabus villis, crucitthe et wolchwi ſcilicet, de manu noſtra tenuit, eccleſie in hildeſleue contulimus integraliter iure perpetuo poſſidendam. Vt autem hec noſtra donacio rata permaneat et inconvulſa, preſentem paginam, que huius facti noſtri certum maneat indicium, cum teſtibus, qui preſentes aderant, quorum nomina ſubſcripta ſunt, inde conſcribi et ſigillo noſtro juſſimus communiri. Nomina teſtium: Arnoldus prepoſitus de ſtendal, Bruno parochianus de tangermunde, Hinricus gallus ſacerdos, Albertus advocatus de ſpandowe, Hinricus pincerna, Gozwinus de boyceneburch, Theodericus de oſterburg, Hinricus frater ſuus, Erwinus de tornowe, Herwicus advocatus, Hinricus de angern et alii quam plures. Ego Johannes notarius marchionis recognovi. Acta ſunt hec in prato bardeleue. Anno Domini M°. CC°. XVII. Indict. V^{a}.

Nach dem Hillerslebenſchen Copialbuche der Königl. Bibliothek zu Berlin Bl. 19.

XIII. Päpſtliche Vollmacht für den Biſchof Chriſtian von Preußen in Anſehung der beabſichtigten Heirath zwiſchen einer Tochter des Markgrafen Albrecht von Brandenburg und dem Herzoge Otto von Lüneburg, zwecks der Friedensſtiftung zwiſchen dieſem und dem Könige von Dänemark einerſeits und dem Markgrafen andererſeits, vom 26. Mai 1219.

Honoriuſ etc. Venerabili fratri Chriſtiano Pruſcie ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Aſcitiſ aliiſ in partem ſollicitudiniſ ſummuſ Pontifex aſſumptuſ eſt in plenitudinem poteſtatiſ, qui cum moderator ſit Canonum, iuri non facit iniuriam, ſi diſpenſat, cum imminenſ neceſſitaſ et evidenſ utilitaſ id expoſcit, preſertim cum diſpenſatio ſic juriſ vincula laxet in aliquo, quod in aliiſ non diſſoluit et ſic beneficium gratie ſpecialiſ inducat, quod vigorem conſtitutioniſ non permittit generaliſ. Oblata ſiquidem nobiſ ex parte tua et aliorum quamplurium Principum et Baronum inſinuatio patefecit, quod inter cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Danorum Regem illuſtrem et O. de Lunemburch nepotem ipſiuſ ex parte una, et nobilem virum Marchionem Brandeburgenſem ex altera, inimico hominum ſuperſeminante zizaniam, guerre et inimicitie peſtifere ac mortaleſ adeo ſucreverunt, quod preter ſtragem hominum miſerabilem factam multotienſ hinc et inde, combuſtioneſ villarum et inhumanitateſ aliaſ, quaſ narrare per ſingula longum eſſet, alter alteriuſ ſanguinem ſitiat et carnem

in morte fameſcat. Unde contingit, quod ſubſidium, quod converſiſ Pruſcie per Regem et nepotem ipſiuſ et Marchionem predictum poſſit potiſſimum procurari, utpote qui ſunt contigui terre illi et tam multitudine gentium, quam aliiſ divitiiſ locupletеſ plurimum impeditur et pereunt miſerabiliter anime plurimorum. Quapropter nobiſ humiliter ſupplicaſtiſ, ut cum preſatuſ Marchio dicto O. filiam ſuam vellet matrimonio copulare ad ſedandaſ guerraſ et inimicitiaſ ſupradictaſ, quod in quarto gradu contrahere valeant, pro bono paciſ diſpenſare de benignitate ſediſ Apoſtolice dignaremur, maxime cum iidem, ſi ſopiaretur per huiuſmodi copulam ſeminarium diſcordie inter eoſ, tibi et baptizatiſ Pruſcie impenſuroſ ſe decenſ auxilium repromittant. Noſ igitur de diſcretione tua plenam in Domino fiduciam obtinenteſ, tuiſ et dictorum Nobilium precibuſ inclinati, per apoſtolica tibi ſcripta mandamuſ, quatinuſ ſuper hiiſ auctoritate noſtra ſtatuaſ, quod ſecundum Deum videriſ ſtatuendum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, ſeptimo Kalendaſ Junii, Pontificatuſ noſtri anno tertio.

Nach einer Abſchrift des Vaticaniſchen Geh. Archives. — Vergl. Voigt, Cod. Pruſſic. I, 15. 16.

XIV. Urkunde des Römiſchen Königs Friedrich wegen der Stadt Goslar, vom 13. Juli 1219.

— — Huius rei teſtes ſunt Albertus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Otto Epiſcopus Herbipolenſis, Conradus Metenſis Imperialis aule Cancellarius, Fridericus Halberſtadenſis Epiſcopus, Engelhardus Nuenburgenſis Epiſcopus, Ludeuicus Dux Bauarie, Albertus Marchio Brandenburgenſis, Henricus dux Saxonie, Hermannus Marchio Veronenſis, Hermannus et Henricus Comites de Woldenberch et alii quam plures. Actum anno incarnationis dominice M. CC. XIX. Datum apud Goſlariam, III Idus Julii, Indictione ſeptima.

Nach Scheid, Orig. Guelf. III, 672. Heineccii Antiq. Goslar. 220.

XV. Die Markgräfin Mathilde erkauft die Tutel über die Lehen ihrer unmündigen Söhne Johann und Otto, die dem Erzbiſchofe zu Magdeburg von dem Kaiſer übertragen war, vom Erzbisthume für 1900 Mark Silber, den 20. September 1221.

Mechtildis, Dei gratia Marchioniſſa Brandenburgenſis, Johannes et Otto filii eius, vniuerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis. Cum nec multitudini rerum, nec longitudini temporum ſic ſufficiat humana memoria, vt vel que multa ſunt, tenaciter apprehendere, vel que longeua ſunt, valeat retinere; datum eſt fragilitati cauſarum per gratiam conditoris, vt inſufficientia ipſius ſcripturarum amminiculis adiuuetur, ne, quod fideliter ac vtiliter geritur, aut negligenter pereat, aut inutiliter euaneſcat. Proinde preſentium teſtimonio literarum notum eſſe volumus tam preſentibus, quam futuris, quod, cum poſt mortem Illuſtris Principis, Domini Alberti, mariti ac patris noſtri, Marchionis Brandenburgenſis, adhuc nobis, Johanne